litatibus, fructibus, prouentibus, redditibus, commodis emolumentis, obuentionibus, attinentijsq; et pertinen in Vniuersum omnibus, Nihil ex Premissis Juris proprietatis, ac cuiusuis competentiae et Prerogatiuae pro se Recognoscente suisq; Successoribus aut quopiam alio reseruando, seu excipiendo, Jam ex nunc et de facto Nobili Basilio Lipecki eiusq; posteris (accepta ab ipso Premissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cessit, et condescendit, prout cedit et condescendit praeter omneq; et integrum Jus suum sibi Recognti ad Premissa seruientis in personam eiusd. Nobilis Basilij Lipecki Cessionarij sui totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporauit, prout transfert, transfundit et incorporat per praesentes. Per ipsum Nobilem Basilium Lipecki Cessionarium suum eiusq; posteris hoc idem Jus praesens cessum Summasq; suprascriptas vtrasq; dotis et dotalitij cum Vniuersis eorundem Vtilitatibus et Vsufructibus, competentiaq; et Prerogatiua quauis, tanquam sua propria tenendi habendi et possidendi, illisq; quiete et pacifice Vtifruendi, ac ad suis suorumq; Successorum quosuis beneplacitos Vsus fructus libere et effectualiter conuertendi praefati Juris originalis ea omnia latius in se complectens praesens cessi et transfusi vigore.

Lipecki Tureckiey Debet.

Comparens per lr coram Officio et Actis praesens Cadomini Ca-

pitan

pitan Premisliensis Nobilis Basilius Lipecki Sanus mente et
corpore existens, a Terris Districtibus Juribus, Jurisdi-
ctionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus
recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneo Premisliensi Ju-
risdictioni, quoad actum praesentem attinet, secum suc-
cessoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et
plenarie incorporando atque subijciendo, palam libere
publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili
Sophiae Tureckia olim Nobilis Hrehory Lipecki Consorti ultimae
derelictae viduae, eiusque posteris Summam Mille florenorum
polonicalium monetae et numeri in Regno currentis quolibet flo-
renum grossos Triginta computando et numerando, Certi Veri-
iusti et liquidi debiti mutuataeque apud ipsos pro se Recognoscens
pecuniae, tenetur atque debet, Quam quidem Summam
Suprascriptam Mille florenorum polonicalium is idem Recognoscens
se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus
Summisque quibusvis pecuniarijs habitis et habendis su-
prascriptae Nobili Sophiae Lipeckia creditrici suae, eiusque po-
steris inscribit et obligat praesentem hinc et ab actu praesenti
pro die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in
Anno praesenti proxime et immediate venturo realiter et in
effectu solutum et coram Officio Actisque praesentis Castrensis Ca-
pitanei Premisliensis [illegible] et relictum, repositaque et
relicta rursus ab eodem Officio non efficiendum

nec-

Terminos Dilatione sibi non recipiendo nullasq Motiones appel-
lationes ac earum prosecutiones faciendo ac premissa omnia
Praemis Simplicibus vel triplicatis Evasionibus, Suspen-
sionibus fatalijs Juris remedijs et defensis non subter-
fugiendo nec alio quovis modo excadendo. Hac sua pre-
senti per hanc recognitione ad premissa omnia mediante.

Sabbatho post Festum Circumcisionis Christi Domini proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

3/I

Janicki in rem Sobolowskiego membranam nudam Roborat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensis Capitaneatus
456 Premisliensis Generosus Christophorus Janicki Sanus mente
et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictio-
nibusq suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo
praesenti vero Castrensis Capitaneatus Praemisliensis Jurisdictioni quo-
ad actum modernum attinet, secum Successoribus ac bonis suis generaliter
omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo, palam,
libere, publice ac per expressum recognovit, Quia ipse se ac suos
Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, Summisq pecu-
niarijs quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat
praesentem Membranam nudam per se Recognoscentem in rem et ma-
nus Nobilis Simonis Sobolewski ratione Summae Centum florenorum
polon.